

Ideo decrescunt magis quam crescunt. Hec quippe ad alio
 nia ac medela non operatur in accipiente ut corpea medi-
 cina agensque naturale. sed iuxta datoris ac medentis
 arbitrium ac suscipientis preparationem ac meritum.
Sacerdos. De vera et salutari preparatione ad cele-
 brandum et dicendum in utroque loquor. Nunc ceterorum nom-
 inum sacramenta si placet exprime rogamus. De rationibus ob quas sa-
 cramentum hoc viaticum appellatur. **Articulus. v. Veritas.**
Quoniam passio mea dicatur fecisse fienda. quod fe-
 cit iam facta. hoc tamen non est omnifarie intelligendum.
 Verum est eundem. quod sicut passio mea fuit pro omnibus
 satisfactoria. ita pro hiis qui fide sortem ediderunt eam futuram
 satisfactoriam. sic pro hiis qui eam nunc scilicet edunt. Pro omnibus
 inquam satisfactoria fuit quantum ad sufficientiam.
 Sed quantum ad efficientiam pro hiis tantum.
 quod virtus seu meritum eius modo aliquid applicat. Porro
 in evangelica lege fit applicatio ista per ecclesiastica sacramen-
 ta per virtutem fidei eius. per quam applicatur. a eius qui applicat.
 Si autem applicatio realiter fieri nequeat. sufficit efficax de-
 siderium eius. Sacramenta vero evangelice legis potentia sunt
 et efficacia multiplicis gratie. quod veteris legis non fuerit sa-
 tis. Ideo virtus passionis mee habundantius operatur
 nouo testamento regulariter loquendo quam olim in veteri.
 Verumptamen virtutem meam sacramentis non totaliter alligavi
 quoniam et nunc et olim. potuerunt sine sacramentis effectum sa-
 cramentale. copiosamque gratiam quam voluerunt condonari. Unde
 aliquid tamen in lege nature. quam in lege scripta. speciali munere